

34. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* *Tristitia vndique obfessus est animus meus, eodem omnino sensu quo in persona Christi David dixerat, circumdederunt me dolores mortis.* Quod autem dicit usque ad mortem, Origenes, Hilarius & Hieronymus tempus significare putat, quasi dicat, tristis est anima mea, sed tristitia hæc non durabit, nisi usque ad mortem. Aliena, ut mihi videtur interpretatio: nec enim Christus id agebat, ut tristitia magnitudinem minneret, sed ut augetet, minisset autem, si dixisset eam non nisi usque ad mortem duraturam. Aliam interpretationem meminimus apud auctorem quandam recentiorum legere, *Tristis est anima mea usque ad mortem*, id est adeo tristis, ut tristitia ipsa mortem mihi afferre videatur, quemadmodum vulgo dicere solemus, morior dolore, morior fame. Verus sensus est, quem Euthymius indicat, *tristis est anima mea usque ad mortem*, id est tam tristis, quâ si iam moreretur, sicut David dixit, circumdederunt me dolores mortis, id est tam magni, quâ, qui in morte sentiantur.

Suffimete hic. *manete.* Eodem verbo usus est Marcus. Alios discipulos paulo ante non solum manere, sed etiam sedere iusserat ver. 36. hos manere, & vigilare, id est in statione esse, excubiis agere, quia propiores periculo eras, cuius volebat esse testes, sicut paulo post ver. 41. non solum manere & vigilare, sed etiam orare iubet.

39. *Et progressus.* Luc. *Et accessus est ab eis, quo verbo nescio, a nimis argute significari quidam putent illum non libenter a tribus illis carissimis discipulis discessisse.*

Pusillum. Quantum pusillum illud fuerit, Lucas 22. 41. ut Euthym. adnotat, expressit, quantum inquit, *radus est lapidis.* Quæri potest, cur fecerit a discipulis oraturus. Sequutus est, ut ait D. Thomas præceptum suum sup. ca. 6. 6. Tu autem, cum oras, intra in cubiculum tuum, & claude ostium tuum, & ut ego etiam opinor, humanam consuetudinem, & veterare recundiam sequutus est. Nâ etiam si corâ aliis orare nos non pudeat, multa tamen in oratione audientibus aliis loqui, multa exteriora interioris affectus, & ardoris signa ostendere pudeat, quæ solos non pudeat.

Procidit. Marcus in terram procidisse dicit, Lucas vero postius genibus orasse, vnde intelligimus non fuisse omnino in terram prostratum, sed genua flexisse: ideo que Marcum dixisse procidisse in terram, quia, qui genua in terram ponit, in terram procidit.

Pater, si possibile est. Sciebat Christus absolute possibile esse Deo, sicut apud Marcum declarat, *Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt*, sed posito diuino decreto quo constitutum erat, ut pro nobis moreretur, sciebat esse impossibile, ut calix ille à se traheretur: ergo orabat, ut si fieri posset, calix transiret. Relinquebat naturam humanam partes suas agere, quemadmodum egisset, si neque cum diuinitate coniuncta fuisset, nec de diuino decreto quicquam sciuisset. Colligitur ex collatione Marthæ, & Marci, ut recte D. Augustinus libro 3. de consen. Euangelist. cap. 4. obseruauit, idem valere, *si possibile est, & si vis*, nam de absolutâ illa, quam vocant: potestatem Christus non agebat, nec eam in dubium uocabat, & quasi cautionis causa apud Marcum proficitur, *omnia tibi possibilia sunt*: cû enim addit, *sed non quod ego uolo, sed quod tu, indicat, cum dixit, si possibile est, nihil aliud dicere uoluisset, quam si vis, aut si rebus integris, si salua gloria tua uelle potes.* Refellitur etiam ex Marco Caluinitarum error, qui putant Deum plura facere non posse, quam quæ uult; non etiam apud Martham idem est, *si possibile est, & si vis*, apud Marcum idem non est, apud quem de Dei potestate Christus non dubitat. *Omnia, inquit, tibi possibilia sunt.* De uoluntate autem dubitat, id est,

2. sol. 114. 3.

2. sol. 114. 3.

In comment. in locum locum.

Dem plura potest facere, quam uult, contra Caluinitum.

quasi homo dubitans loquitur. Quod dicit, *Pater, orationis initio aptum ad conciliandam gratiam exordium est, ut Hieronymus adnotat; Marcus Chaldaicum, & Grecum copulauit uerbum, Abba, Pater, Græco Chaldaicum interpretans, quod Christus uisus fuisse creditur, quod & Diuus Paulus duobus locis fecit ad Romanos octauo, & decimo quinto, & ad Galatas quarto, sexto, quod Diuus Augustinus mysterio aliquo factum putat, ut significaretur Deus & Iudæorum, & Gentilium pater esse.*

Tristat à me. *Tristitia dicitur, praterat à me, aut, ut Latini loquuntur, praterat me.*

Calix iste. Passio, mors ista terribilis. Cur calix appellatur capite 20. 22. à nobis dictum est. Putant Hieronymus, & Beda ideo dixisse *calix iste*, ut Iudæorum calicem indicaret, id est eorum peccatum, atque interitum: non enim Christum mortem sed Iudæorum perniciem timuisse, sed supra probauimus uere timuisse mortem, eamque fuisse deprecatum.

Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Aperte apposta moderatio: sic enim naturæ infirmitatem ostendit, ut ultra diuinæ uoluntatis terminos non egrediatur. Colligitur ex hoc loco, ut ante attigimus, duas in Christo fuisse uoluntates humanam, atque diuinam, ut in sexta synodo generali hoc ipso testimonio probatum est. Præterea non esse factum hoc contrarium sententia Diui Pauli ad Hebræos 5. 7. ubi dicit Christum exauditum fuisse pro sua reuerentia: nec enim hic, quæmus calix ab eo non transierint, non exauditus fuit, cum hæc conditio orauit, *si possibile est, id est, si vis*: Pater autem uolebat. Dubitabit aliquis, quomodo Christus humana uoluntate mortem recusauerit, cum Deus uellet, ut moreretur. Videtur enim contrarium diuine uoluntati uoluntatem habuisse, quod si ne peccatum fieri non potest, quia, ut Augustinus definit, peccatum est dictum, factum, uel concupitum contra legem Dei diuinam que uoluntatem. Paulo ante diximus Christum in hac oratione ita loquutum fuisse, ut si prolixius fuisset homo, cui neque diuina uoluntas cognita esset, neque satis esset fortitudinis ad mortem superandam; relinquebat enim naturam humanam, ueluti solam, compressa diuinitate, & plenius officio suo fungeretur. Inter homines autem non quisquis contra diuinam uoluntatem aliquid uult, continuo peccat: sed qui uult, dicit, aut facit aliquid contra uoluntatem Dei sibi cognitam, atque perspectam: nec enim peccamus, cum parentibus nostris longam uitam bonamque ualeudinem à Deo petimus, sed peccaremus potius, si non peteremus, et si uoluntas Dei fortasse est, ut cito moriantur, quia ea uoluntas nobis cognita non est, & altera cognita est, quæ uult, ut parentes honoremus, & omnia illis optemus prospera. Quinetiam aliquando contra diuinam uoluntatem nobis cognitam aliquid sine peccato licet uelle, modo ea non sit præcepto declarata, mortuus esse pater meus, dubitare non possum diuinam uoluntatem mortui esse: uellem tamen mortuum non esse, nec tamen pecco. Adde, quod hæc Christi uoluntas, qua mortem recusauit, non fuit plena, atque perfecta, sed ut Theologi uocant, conditionalis: nec enim dicebat apud se, nolo mori, sed nollem mori, si fieri posset, quæ uoluntas peccatum non est adhibita honesta conditione.

Dua uoluntates in Christo.

Christi uoluntatem humanam contrariam non habuit diuinæ.

Lib. 22. contra Iudaeos 27.

40. *Et uenit ad discipulos.* Hæreticorum interpretes conditionis querendæ causa ad discipulos uenisse dicunt: parum pro dignitate Christi loquentes. Nâ ut conditione indigeret, aliqua discipulorum tamen consolatione non indigebat, quorum cognoscebat infirmitatem. Venit ergo quia oratione iam finierat, & uolebat ter ali quo intervallo interposito orare: aut uenit, ut discipulos excauet, at que moneret

Lib. 3. de consen. Euang. 4. 4.

Christi uoluntatem humanam contrariam non habuit diuinæ.

Lib. 22. contra Iudaeos 27.

moneret, ut ex effectu colligitur.

Et inuenit eos dormientes præ tristitia. Solet enim meror animi, sicut lacrymas exprimere, ita uapores in cerebrum excitare; vnde nascitur somnus: uidemusque & infantes, postquam sternerunt, alte dormire, & viros, cû in lectu sum, opprimi somno.

Sic? non potuisti. Duplici interrogatione hæc uerba legenda sunt, ut Euthym. animaduertit, ut altera ponatur post aduerbium, *Sic*, altera post sententiam orationem. Nec enim aduerbium, sic ad uerbum, potuisti, applicanda est, sed ad superiora potius referendum, quæ uerf. 35. Petrus primo loco, deinde omnes alij similiter discipuli dixerat, *etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, quasi dicat Christus, itane parati eras, ut pro me moriamini, & non potuisti una hora uigilare mecum? Dicit autem hoc Christus soli Petro, quia ille se primus, & non potuisti in die uigilare mecum? Marcus non omnibus, sed soli Petro, quæ sequuntur, dicit, atque ita Christum dixisse uero simile est: sed quia, quod Petro dicebat, tanquam cæterorum duci, quomnibus dicebat, Matthæus sensum non uerba recitans omnibus dictum tradidit, *una hora uigilare mecum*, quæ phrasi continuum, & integrum uisus horam tempus significat, non quod constet uenam integrum horâ Christum in oratione posuisse, sed quod uoluerit breuissimum tempus spatium, integrum tamen significare. Hebraismus enim est, quo solent Hebræi momentum in temporis, aut breuissimum quoque spatium horâ huiusmodi appellare. Voluit enim Christus, ut discipulorum exaggeraret negligentiam, breuissimum tempus designare, quod Latine diceremus, non potuisti momentum temporis uigilare mecum? Nec propterea indicat se per uinum tantum momentum orauisse, sed loquitur per exaggerationem.

Micum. Incredibilem hæc dictio vim habet ad pungendos animos discipulorum, quasi dicat, me non solum uigilate, sed etiam orante, studante, pugnante cû morte, uos, qui me dormiente pugnare debebatis, ne uigilare quidem momento temporis potuistis.

41. *Vigilate, & orate.* Non iam mea, sed uestra causa, uer. 38. tantum dixerat, *uigilate*, nunc addit, *& orate*, indicans propius esse discrimen.

Ut non intretis in tentationem. Non intrare in tentatione Hic, Beda, Euth. & Theop. & omnes, quos legisse memini, posteriores interpretes dicunt non esse in tentationem non incidere, sed eam superare. Ego potius credo, ut uerba ipsa significant, non intrare in tentationem esse in eam non incurere; hoc enim iubetur à Deo petere consilij infirmitatis nostræ, non solum ut pericula superemus, sed etiam ne in pericula ueniamus. Tutius est non pugnare, quam uincere. Hoc enim sensu oramus Deum, ne nos inducat in tentationem, ut c. 6. 13. exposuimus.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Causa red dicitur est, quod obrem orare debeant, quia etiam si animus, ac uoluntas illis non desit, uires tamen desunt, nisi à Deo per orationem impentent. Spiritum igitur hoc loco in Spiritum sanctum, non in spiritum humanum, sed discipulorum uoluntatem uocat, sicut D. Paul. 1. ad Cor. 7. 34. cû dicit, *ut sit uirgo sancta & corpore, & spiritu, id est casta, & pura non solum corpore; sed etiam uoluntate.* Videtur autem ad superiorum illam discipulorum instantiam alludere: magnos enim animos, magnos spiritus ostentauerant, cum singuli dixerant uerf. 35. Petri uocem sequuti, *etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Non uult Christus animi illum improbare, atque dicitur, sed eo potius laudato infirmitatis carnis admonet, ut doceat, quâuis magno promptuque animo sint, oportere tamen orare eos, quia caro infirma est, sicut dixit. Diuus Paulus 2. Corinthio-

Quid non intrare in tentationem.

A rum 4. 7. nos gestare thesaurum in uasibus fictilibus.

42. *Iterum secundo.* *Et dicitur in dicitur, Rursum secundo.* Tautologia uidetur esse, nisi Hebraismus intelligamus. Hebræi dixissent *וַיְדַבֵּר*, & redit secundo, & orauit, sicut, *Tu conuersus uisificabis nos*, id est, iterum uiuificabis, quem Hebraismus multis iam locis explicauimus. Tantundem ergo dicit illa dictiones ualent ac si alius uerbis dixisset, & reuersus secundo orauit.

43. *Erant enim oculi eorum grauati.* Aut grauati somno, quia multa iam erat nox, aut humore præ tristitia, ut Lucas indicauit.

44. *Et orauit tertio.* Subit hic statim animus dubitatio; cur ter Christus orauerit, non sepius, non minus sepe Chry. Euth. & Theop. respondens huic numerum rei ueritatem, perfectionem, acip constantiam solere declarare, quod multis sacrarum litterarum exemplis uerum esse intelligimus; uas illud plenum omnis generis animalium, quod Petrus uidit, ter de celo demissum est Act. 10. 16. D. Paul. 2. Cor. 12. 8. ter dominum se rogasse dicit, ut spiritum illum Satanae se tolleret; Petrus Christum ter negauit; Christus Petrum ter interrogauit, *diligis me plus huiusmodi.* Eodem modo ter Christus orat; quia, quod ter fit, omnino ac semper fieri uidetur; & docuerat ipse nos semper orare Lucæ 18. 1. In Hispanico pro uerbo optime explicatur *A tres uala uenida*, quasi dicas, non potest uideri uere uicisse, quiter non pugnat.

Eundem sermonem dicens. Non est necesse, ut eadem uerba, sed ut eandem sententiam Christum recitasse intelligamus, ut Euthym. indicauit. Quod enim Euangelista dicit *Eundem sermonem dicens*, perinde est, ac si dicat, in eandem sententia orauisse, id est nihil noui petiuisse, sed quod ante petierat. Esti suspicor Euangelistam caute hæc uerba addidisse, ut indicaret semper Christum uerba illa, & conditionem, quam antea explicauerat, adhibuisse; ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, ut doceret Christum, quamuis ter orauisset, nunquâ eius moderationis oblitum fuisse, in qua tota orationis laus consistebat: atque hoc est, *eundem sermonem dicens*, Lucas uisus tantum orationis mentione fecit: ideo, ut opinor, quia quamuis ter Christus orauerit, tamen quia, ut ait Matthæus, eundem sermonem dixit, eadem fuit oratio; statimque narrat angelum ei apparuisse. Itaque non cõstat, qua in oratione apparuerit: nam quod quidâ putant in singulis apparuisse, probabile non est. Credendum, cum ideo missus fuerit, ut ad eius orationem responderet, & Patris ad eum sententia deferret, non nisi finita iam tertia oratione uenisse: nec enim Christus, si uenisset prius, idem à Patre petere perrexisset. Itaque quod Lucas ait Christum uenisse ad discipulos, & inuenisse eos dormientes, postquam dixerat apparuisse angelum, per uerbum *etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, intelligere necesse est. Prius enim de oratione uerba facere coepert, vnde quicquid in oratione acciderat, eodem contextu narrare uoluit, quod fuit, quod angelus apparuisset. Quare & cum dicit adhuc eo loquente cum discipulis uenisse turbam, & Iudam unum de duodecim, non est ad proxima uerba referendum: *Quid dormitis? uigilate, & orate, ne intretis in tentationem*; non enim, cum ea uerba Christus diceret, Iudas uenit. Nam ut ex Matthæo, & Marco manifestum est, postquam ea dixit uerba, bis ad orationem rediit, & cum tertio ad discipulos reuertisset, non dixit, *uigilate, & orate*, sed, *dormite iam, & requiescite*, uer. sequenti, atque tunc Iudas apparuit. Intelligendum igitur est, quod ait Lucas, *Adhuc eo loquente non ea, quæ dixerat, sed ea, quæ tacuerat, id est, cum adhuc cum discipulis loqueretur, non tunc, sed postea.* Ueruntamen quia, sicut ex tribus orationibus uisus, ita ex tribus Christi cum discipulis colloquijs unum fecit: ea quæ in tertio colloquio acciderunt, cû primo coniungit.

Cur Christi sermo ter erit ueritas.

Quidam angelus Christi non consolatus cepit.

45. Dormite iam, & requiescite.] Dicit Augustinus. li. 3. de consensu Evangelistarum cap. 4. & Beda hunc locum edisserens existimat hoc à Christo non ironice, sed serio dictum fuisse, quia apud Marcum 14. 41. dicit *sufficit*, quasi dicat, sufficit, quod hæcenus vigilastis, nunc dormite potestis, & requiescite. Chrysol. vero, Euthym. & Theophylact. ironiam esse putant. Iubet enim eos dormire, & requiescere, quando minime dormiendum, & requiescendum erat, appropinquantibus hostibus. Videtur tanquam cum pueris Christus loqui, quibus cum nobis prohibentibus, toto die ludant cum ad prandium venitur solemus dicere, ite, saltate, & ludite, qua concessione pungimus eos vehementer, quia dum concedimus illis ludere, cum ludere non possunt, nec volunt, exprobramus eos cum non deberent, ludere solere. Ita Christus dicit, *Dormite iam & requiescite*, quod tempore, etiam si maxime vellet, cernentibus hostibus dormire, ac requiescere non possent, exprobrans, quod ante, cum vigilare deberent, prohibente se dormierunt.

Genitiles à Iudas peccatores appellati.

In manus peccatorum.] Gentilium. Solebant enim Hebræi Genitiles absolute peccatores appellare, ut Lucæ 24. 7. Oportet scilicet hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi; & ad Gal. 2. 15. Nos natura Iudæi, & non ex Gentilibus peccatores. Erat enim maior pars eorum, qui ad comprehendendum Christum veniebant, Romani milites, quia, ut ait Ioan. 18. 3. Iudas militarem cohortem secum adduxit.

47. Adhuc eo loquente.] Omnes tres Evangelistæ Matt. Marc. & Luc. notauerunt adhuc Christo loquente venisse Iudæum, ut opinor consilio ut docerent veram fuisse Christi prædicationem, quæ paulo ante dixerat, *Surgite, eamus, ecce appropinquavit, qui me tradet*. Id ipsum aliis verbis Ioan. dixit, ca. 18. 4. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit, & dixit, *en, quem queritis?*

Et ecce Iudas.] Primum, tanquam ducem nominat Iudam, quod & Marcus similiter fecit. Lucas vero alio consilio turbam prius, deinde Iudam nominavit, quod turba, ut vero simile est, prius apparuerit.

Turba multa.] Ita Marcus, & Lucas etiam scribunt. Ioannes vero ca. 18. 3. Cum accepisset Iudas cohortem, inde fequitur omnis generis homines ad capiendum Christum venisse unum de duodecim discipulis qui eum vendiderat, & aliorum duxerat: faceret eorum, Scribarum, & seniorum servos; nam omnes Evangelistæ declarant eum, cui Petrus auriculam abscidit, Pontificis fuisse servum: deinde milites, qui Genitiles erant. Cum armis venerunt, tanquam facinorosum aliquem hominem comprehensuri, aut eius timentes discipulos: cum facibus autem, quia tenebatur erant.

48. Qui autem tradidit.] *de quo supra dicitur, traditor, id est qui tradebat eum.*

Dedit illi signum.] dederat ante. Dubitari potest, quid signo opus fuerit, cum tam notus Christus omnibus esset. Scribit Origenes hoc loco traditionem suo tempore fuisse, Christum duas habuisse facies, aliam naturalem, atque vitatam, qua omnes eum cognoscebant; alteram, quam assumebat aliquando qualis illa fuit, quam in transfiguratione paruit. Melius Theophylactus hic maiorem partem eorum, qui ad comprehendendum Christum venerant, milites fuisse, id est Genitiles, qui Christum audire non solebant, ut homines alieni à Iudæorum religione. Leonius vero in comment. in 18. c. Ioan. vers. 5. putat Christum ita fecisse potestate, ut non solum milites sed ne Iudas quidem ipse tam diu eum eo veritatis ipsum agnosceret: idemque Theodoros Hieracleota in Græcorum cæcena, Chrysol. Cyrillus & Theophylact. in illo Ioannis loco docent. Nec enim tenebras in causa fuisse; nam propterea Evangelistam ante dixisse eum facibus,

A & laternis venisse milites, & iterum eundem Evangelistam adiecit, *stabat autem, & Iudas, qui tradidit eum, cum ipsis, quasi diceret, et si Iudas, qui Christum indicatorem venerat, cum illis esset, tamen eum non cognoverunt. Quamquam Theodoros Mopsuest. ideo putat Evangelistam dixisse Iudam cum illis fuisse, ut eius impudentiam, improbitatemque declararet, qui cum tantum miraculum viderit, à cepto facinore non desisterit. At cur hoc potius signo, quam alio usus est: quia, ut opinor, ita signum dare volebat, ut quæ re militibus Christum prodebat, eadem Christum prodicionem suam celaret: non celasset, si inuitratum dedisset signum.*

B Erat autem vitatum, ut osculo se Iudæi, præsertim inferiores superiores salutarent, & quicunque magnum erga eos, quos salutabant, amorem ostendere volebant. Gencl. 29. 11. 13. & 33. 4. & 45. 15. & Exo. 4. 27. & 18. 7. quod & inter Christianos vitatum fuit Actorum 20. 37. Romano. 16. 16. 1. Corinth. 16. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Thes. 5. 26. 1. Petri 5. 14. & longo post etiam tempore, vt Terullianus libro de Oratione, cognoscimus; hoc est quod Christus apud Phariseum illum queritur Lucæ 7. 45. *Intrauit in domum tuam osculum mihi non dedisti; quæ abat enim miser Iudas posse se Christo felicitatum oculicare; nec enim vere in eum crediderat; sed vt Hier. & Beda tradunt omnia miracula illius quæ videbat, magis arabibus facta esse arbitrabatur, quod Christus ipse indicat apud Io. c. 6. 64. *sed innt quidam ex vobis, qui non credunt; loquebatur autem cum Apollolis. Id vero propter Iudam dixisse Evangelista declarant, addens, sicut ab enim ab initio Iesus, qui esset non credentes. & qui traditurus esset eum. Origenes duas refert opiniones, cur hoc signo potius, quam alio Iudas Christum tradiderit; Alteram, quod adhuc eum reuerteretur, nec omnem potius pudorem exuisset: itaque alioqui osculaturus erat Christum, voluit idem osculum, quod illi præbaturus erat, signum esse militibus; quam opinionem Leonius etiam refert, nec videtur improbare. Alteram, ne si alio inuitratum videretur signo Christi prodicionem & infidias intelligeret, & vt alius fecerat, elaberetur.**

Tenebat eum.] Marcus 14. 44. ait ad didicisse Iudam, & ducite eum, nimirum tenebat, ne si Christus euaderet, & promissam pecuniam perderet & magnum; sciebat enim sepe illum, cum eum Iudæi tenere vellent, euasisse, vt Lucæ 4. 30. Ioan. 5. 9. vt Chryl. & Hier. adnotarunt. Scribit Ioan. Iesu scietem omnia, quæ ventura erant super se, processisse, dixisseque, *quem queritis?* Quibus duabus rebus indicauit, Christum non solum forti, hilarique animo sese hostibus obtulisse sed etiam eos quodammodo prouocasse. Itaque vox illa, *quem queritis*, non fuit hominis merentis, ne gaurisus se eum esse, quem illi se quærere respodisset: sed interitii, & lacellentis, vt Leonius adnotauit.

49. Aue Rabbi. Et osculo, & verbis seclis conatur dissimulare: contra vero Christus ostendit se non ignorare, quo animo veniat, cum veru sequenti eum interrogat, *Amice ad quid venisti?* & c. Iudæi 22. 3. dicit illi, *osculo solum hominis tradidit?* E contra vero illi ipsi, quibus signum dabat, eo eia dato Christum non cognouerunt: prius enim Iudæi osculo illi dediderat, quam Christus vt ait Ioannes, milites interrogaret, *quem queritis?* Vnde colligitur eos nondum Christum cognouisse, idemque intelligitur ex eorum responso: nec enim responderunt, ut ipsum quærimus, sed *Ioan. Na? arenum*, bisque oportuit Christum eos in:terrogare, antequam cognoscere possent: si enim prius eos Christus interrogasset, quæ Iudas signum dedidit, opus non fuisset signo, cum his iam Christus dixisset *ego sum*: atque ita videtur libro 3. de consensu. Euang. cap. 5. sentire D. August.

Osculo conuoluit Iudas & Christianos.

50. Amice ad quid venisti.] Videtur Christus his verbis non solum declarare se scire se, quorsum uenerit Iudas; sed etiam verecundantem, cunctantemque proditorum suum excitare, vt animose se tradat, sicut, cum conaret, illi dixerat Ioan. 13. 27. *quod facis, fac citius*, & vt is, qui securi percussit, carnifici dicere solet, *fac quod tui est officij. Porro credendum est prius Christum dixisse, quod Luc. 22. 48. scribit, Osculo solum hominis tradidit?* Deinde quod Matth. & Marcus dicunt, *Amice ad quid venisti?* postremo, quod Ioannes ait, *quem queritis?* lib. 3. de consensu. Euang. c. 5. D. Aug. existimat, et si contra Leonius sentit.

Tunc.] Non est hoc adterbium ad proxima verba referendum, *Amice ad quid venisti?* quasi simulatque ea dixerit Christus, milites in eum manus iniecerunt, sed ad se, quod Ioannes scribit ca. 18. v. 6. & 8. bis dixisse Christum, *ego sum, si ergo me queritis, sinite hos abire. His enim verbis potestatem illis comprehendendi sui fecit, sine qua ligatus habebat manus.*

51. Et ecce vnus ex his, qui aderant.] Vel ex tribus, quos Christus secum ad orationem secedens adduxerat (Petrus enim vnus ex tribus illis fuerat) vel vnus ex vndecim discipulis, qui fortasse tunc cum Christo erant. Quamquam illud prius probabilius est, quia, cum Iudas cum militibus venit, cum solis illis tribus Christus loquebatur, vt Mathæus, Marcus & Lucas minime obscure significant. Quis ille vnus fuerit, Ioannes 18. 10. declarat fuisse Simonem Petrum, qui gladium eduxerit, & serui Pontificis auriculam amputauerit. Lucas 22. 49. omnes discipulos, qui aderant, ad resistendum, & actus pugnam dum paratos fuisse indicat. Omnes enim Christum interrogat ait, *Domine, si percussimus in gladio?* nec enim fortassis intellexerant, quod paulo ante Christus dixerat apud eundem locum v. 38. *Qui Apollolis dicentibus, ecce duo gladii hic, respondet, satis est, nec enim cum dixerat, Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium, ligauerat armis sibi opus esse, autis discipulos vti oportere, sed tantum significare voluit magnum periculum imminere, quod non solet ab hominibus, nisi armis propullari. Neque cum dicit, *satis est*, significat duo bis illis gladiis hostibus esse resistendum, nec plurius opus esse, sed dicit, *satis est*, quia nec illis, nec aliis gladii opus sibi erat. Cum igitur Christum omnes interrogassent, *si percussimus in gladio?* Petrus, antequam Christus responderet, Pontificis seruum percussit, quem, quia summi sacerdotis minister erat, vtio simile est, & audaciorum ceteris fuisse heri sui auctoritate consilium, & infestiorum Christo domini sui inuidiam, & malevolentiam imitatum, itaque ceteris præfuisse, primum quod voluisse in Christum manus iniicere, propterea Petrum Christum responsum non expectasse, sed audacem hominem in Christum irruentem maiori audacia conatum fuisse repellere.*

Amputauit auriculam eius.] Lucas, & Ioannes explicit dexteram auriculam fuisse, in quo multumysterium fuisse arbitrantur: quod ego nec affirmare volo, neque negare; quia, vt præ monuimus, non allegoriam, sed literalem, & propriam scripturæ sensum querimus. An omnino auriculam illius serui Petrus absciderit, ita vt decidit in terram, sed Euzangelistis satis hequid colligi non potest, sed est probabilis profus eam amputasse, quia hoc sciendū, & amputandi verba, quibus Evangelistæ vtuntur, præ se ferunt. Quamquam Lucas indicat non omnino fuisse decidam, quia non dicit Christum auriculam reposuisse, sed cum tetigisset auriculam eius, sanauit eam: itaque si quis ita sentit, non reprehendero.

52. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.] Origenes ad hunc modum interpretatur: Omnes,

A qui bellorum, aut seditionum auctores fuerint, in eo ipso bello, quod excitauerint, extinguuntur. Hier. & Beda; gladio peribunt non corporali, sed spirituali, id est diuina vindicta, quæ de illis, vel in hac, vel in altera vita poenas sumet. Euthym. vero de solis priuatiu Iudæis Christum loqui putat. Quos significet propter mortem suam Romanorum gladio perituros esse. Sed quid hoc ad Petrum, qui gladium accepit? igitur non significat Christus necessario omnes, qui gladium acceperint, gladio perituros esse; multi enim gladio non percutunt, sed tantum legem allegat, quæ iubebat homicidam occidi Gencl. 9. 6. *Quicumque fuerit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; nec dicit, quam penam necessario subituri sint, sed quam merentur, vt indicant D. Aug. in libro quæstionum veteris & noui Testamenti cap. 104. & Theophylactus hoc loco. Qui vero ex his verbis colligunt, ne iudicibus quidem licere vti gladio, nimis inepti sunt, quorum hodie multis in locis hæresis regnat, & verbis D. Pauli facile reselluntur, eos à Deo potestatem habere affirmat, & sine causa gladium portare, quasi ipsum etiam gladium à Deo acceperint: ergo gladio non peribunt, si gladio suo vtantur, quia non abutuntur, quia non ipsi acceperunt, id est priuata auctoritate vtantur, sed datum à Deo iussu acceperunt. Mirantur quidam, quid causæ sit, cur Petrum Christum reprehenderit, cum vnus vi repelleret, id quod vim gladium defenderet, quod & naturali, & diuino, & humano iure licere creditur. D. Augustinus eo loco, quem modo notauimus, putat Petrum non fuisse reprehensum, quod serui Pontificis auriculam abscidisset; id enim Christi permissu fecisse existimat, atque hoc verbum illud apud Lucam cap. 22. ver. 51. significare *Sinite vsque huc*, quia si dicit sufficit auriculam serui Pontificis abscidisse. De cetero mitte gladium tuum in vaginam, quod ait Ioan. cap. 18. ver. 11. quia, *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*, vt hic dicit Matth. sed admonere tantum Petrum arbitrat, ne ultra pugnet. Veritatem manifestum est, Petri factum à Christo reprehendi, vtine disputari quidem debeat. Cur ergo reprehenditur? Primum, quia illa non erat defensio, quid enim vnus homo contra cohortem vnâ fecisset nisi milites irritaret, vt crudelius traxerant Christum; Deinde, quia non expectato Christi responso gladio percussit. Postremo, quia etiam si possit, non debuit tamen Christi mortem impedire, sicut Christus ipse poterat duo decim legiones angelorum à Patre petere, qui se defenderent; sed maluit Patris parere voluntati, & Prophetarum implere vaticinia, quam rationem Christus hoc loco reddit ver. 53 & 54. & apud Ioannem cap. 18. 11. *Calli, em, quom dedit mihi pater, non vie, vt bibam illum: sicut simili de causa Petrum reprehenderat ca. 16. 23. Vade post me, sed ea, quæ hominum, quia voluerat eum à suscipienda morte dehortari. Cur ergo Christus generalem citat legem? Quia vbiunque exceptio locum non habet, lex locum habet, & non habebat exceptio locum in Petro, qui bono quidem animo, sed quo loco, & quo tempore non debuit gladium accepit suo hic morte Caluini non solum Petrum, sed omnes etiam discipulos, quia ad defendendum Christum paratos se esse ostenderant, rogauerantque, *Domine, si percussimus in gladio?* itulit, atque ammentes appellat.**

53. An putas, quia non possum modo rogare Patrem?] Duplex his verbis Caluini sententia error confutatur, & Christus necessario mortuum esse, & Deum non posse plura, quæ quæstiu vult, facere. Nam & Christus indicat se, si voluisset, duo decim angelorum legiones à Patre petere, potuisse non mori; & Deum duo decim legiones angelorum sibi mittere potuisse, nullum.

Iudicium defenditur potestas in deo non in hominibus. Rom. 13. 4.

Caluini etiam sententia in apostolos, Christus quoque mortuum esse, ita Caluini sententia. Deum plura posse facere, quam vult, quæ quæstiu vult, facere. Nam & Christus indicat se, si voluisset, duo decim angelorum legiones à Patre petere, potuisse non mori; & Deum duo decim legiones angelorum sibi mittere potuisse, nullum.

dum obstringere, frequens eius rei apud Iudæos vsus erat, vt ex facris literis intelligimus.

Si tu es Christus filius Dei. Quemadmodum vulgo docere solet, quemadmodum te nonnumquam appellat: ea enim de causa alias voluerat Iudæi Christum lapidare, quod se filium Dei esse significasset Ioannis 10. 31. Non agebatur de eare, sed eo consilio Pontifex Christum interrogat, an filius Dei sit, quia tunc omnia occasione qua ereret eum condemnandi, soleretque Christus docere se filium esse Dei, Crediderat eum in iudicio interrogatum non esse negaturum, & non posse meliorem reperiri causam, vt ad mortem damaretur, quam si conjungeretur aliquando blasphemasse. Erat autem eorum iudicio magna blasphemia, si quis se Dei filium appellasset, quia non poterat naturalis Dei filius esse, quin Deus esset. Itaque Iudæorum etiam iudicio Ariarum error confutatur, Lucæ 22. 66. narrat, hæc ipsa accidisse factio iam die; Et vt factus, inquit, est dies. conueniunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & dixerunt illum in consilium suum dicentes, Si tu es Christus, disc nobis. Quapropter sunt qui putent diuersam esse historiam, bis Christum de hac re interrogatum, primum à Pontifice ante mediam noctem, cum primum ad illum ductus est, deinde à toto concilio factio iam die, cum prius non satis aperte respondisse videretur, sed tantum, tu dixisti, Augustino libro 3. de consensu Euangel. cap. 7. magis assentior, qui eandem historiam esse dicit. Quis enim credat postea iterum de eadem re interrogatum fuisse Christum, cum ante tam discrete respondiasset, tu dixisti, & vt Marcus ait etiam clarius, Ego sum: & Pontifex tam bene intellexerit, vt seiderit vestimēta sua, ac dixerit, Quid adhuc egemus tibi? Ecce nunc audisti blasphemiam. Ergo quia Mathæus tempus non notauit, Lucas notauit, cum factus esset dies, credendum est Math. factum illud per anticipationem narrauisse, idque non sine causa, quia ceperat Christi examinationes in Iudæorum concilio exponere, & ea interrogatio vna examinatio fuit, vt deinde continua etiam oratione tres Petri negotiationes exponeret. Quod autem Mathæus à Pontifice, Lucas ab omnibus interrogatum fuisse dicit, Dic nobis, si tu es Christus, & Mathæus adiuratum, quod non dicit Lucas, leue est; nam vel Pontifex primum, deinde omnes, qui in concilio erant Christum interrogauerunt, vel quia Pontifex omnium nomine interrogabat, Lucas à toto concilio interrogatum fuisse dicit. Adiurationem autem fictio præterit, vt solent Euangelistæ multa præterire.

64. Tu dixisti. Hanc phrasim supra explicauimus verbi 25. eademque cap. sequenti verbi 11. coram Pilato Christus vsus est. Marcus cap. 14. 62. clarius scribit respondiisse Christum, Ego sum, quia sensus idem est, vnde intelligitur non significari, quod August. putat, Tu dixisti, id est, non ego, quasi non affirmet se Christum esse. Lucas cap. 22. 67. alter Christum respondiisse ait, Si vobis dixero non credetis mihi, si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Vero simile igitur est Christum bis ea de re interrogatum fuisse; primum simpliciter, & sine adiuratione atque tunc respondiisse, quod Lucas ait, si dixero vobis, non credetis. Deinde adiuratum à Pontifice, atque tunc respondiisse, quod Marcus, & Marcus scribit, Tu dixisti, ego sum, aut Marci, & Hebraica phrasim. Vtrumque enim dixisse credibile est. Respondet autem non solum quantum interrogatur, sed plus etiam quam interrogatur, quia de summa re, capite agebatur, an ipse esset Christus filius Dei, quod nullo modo cōueniebat eo loco aut negare, aut dissimulare, sed libere potius profiteri, cum ea de causa in hunc modum venisset, vt tanquam filius Dei pro filio Adami moreretur. Addit ergo, Veram amicus dico vobis, a-

A modo videbitis filium hominis sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Iudæi autem non habet apud Mattheum, cum respondet, & pro suo officio aduerteret, cum aduerfaria, vt vocant particula sit, Itaq; videtur mihi aduerfari verbis, quæ non expressit Euangelista, sed intelligenda reliquit; expressit autem Lucas, Si dixero vobis, non credetis mihi, verum amicus dico vobis, filium hominis sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli, quasi dicat, quid opus est, vt vobis respondeam, cum crediduri non sitis? Melius est, vt verbum quam vt verbis fidem vobis faciam; veniet ergo tempus, quo tempore filium hominis videatis sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli, & velitis, nobis credere cogimini, & nunc mihi dicenti non creditis, sicut alio loco dixit, si mihi non creditis, propter opera ipsa credite, Ioan. 14. 10. 11. Solent enim Christum incredulos Iudæos ad resurrectionem suam, & ad diem iudicii mittere, vt supra c. 12. 39. & c. 16. 4. Generatio prava, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Prophete, & Apoc. 1. 7. Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui cum pupperunt, & plangent super eum omnes tribus terre. Quod autem dicit amodo, Græce ἀπὸ νῦν, non significat statim post illud tempus, quo loquebatur, eorum visum filium hominis sedentem à dextera virtutis Dei, Loquitur enim de die iudicii, quo dicit in nubibus caeli venturus est supra c. 19. 28. & c. 24. 30. Iudæi igitur fuerunt Iudæos non esse visuros se ab eo tempore, id est à morte sua, donec videant eum sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli, quasi per negationem dicit, deinceps non videbitis me habitum rei, vt nunc videtis, sed habitum filii Dei sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Tacite igitur primo aduentum secundum opponit. Atque modo à dextera virtutis Dei sedentem visuri erant, qui Deum ipsum visuri non erant: inuenerunt autem Christum tanta cum maiestate venientem, vt facile intelligerent eum in meliore, vt ita dicam, diuinitatis parte locutum esse, hoc est, sedere à dextera virtutis Dei, maxime diuinitatem ostendere. A dextera autem virtutis Dei, Hebraismus est, pro ad potentem dexteram Dei, Quomodo autem in nubibus caeli venturus sit c. 19. 28. & c. 24. 30. docuimus.

56. Scidit vestimenta sua. Multarum gentium consuetudo fuit in hiætu, & indignatione vestem discindere, vt etiam ex Homero, & Virgilio manifestum est, Iudæi autem duabus potissimum in rebus vestimenta scindebant, in luctu, vt Gen. 37. 29. 1. Gen. 42. 34. & 44. 13. & Nu. 14. 6. & iudicium 11. 35. & 1. Reg. 4. 12. & 2. Reg. 1. 11. & 13. 19. Deinde eum aliquam contra Deum blasphemiam audiebant, sicut legati Sennacherib contra Deum iactauerant, vestimenta scidit: sic dicitur, & Thalmudicæ tradunt, vt nonnulli adnotauerunt, in lib. de Magist. tractatu de quadragesimo morte Iudæorum traditione fuisse, vt audita blasphemiam vestimenta scinderent. Pontifex autem magnam esse blasphemiam, quod Christus se filium Dei esse profiteretur; itaq; clamabat Pontifex blasphemum 771 contumeliose, & impie aduersus Deum locutus est; hoc enim & Hebraicum verbum 773, & Græcum ἄσέβητος proprie significat, facile autem contra iuris ordinem sumum sacerdos, quod iudex cum sit, accensiois partes suscipiat, & accusatoris iudicis faciat.

66. Rem est mortis. Iubebat lex, vt qui blasphemasset, lapidaretur Le. 24. 16. propter ea de hoc loco rem mortis esse dicunt, & alius, eum se filium Dei appellasset, voluerunt lapidare Ioan. 10. 31.

67. Tunc experuerunt in faciem eius. Illo Tunc si significat tempus illud, quo Christus confessus est se filium Dei esse, & quo Iudæi clamauerunt rem est mortis, sed

is, sed tempus potius præcedens, eum confiteo tempus illud noctis; confitens enim ex Luca c. 22. 66. interrogationem illam Pontificis, & Christi responsum factam esse lucem iam die, & hæc, quæ nunc Mattheus narrat, facta fuisse de nocte, dum Christus in domo Pontificis vinculis tenebatur, eumque Petrus negabat.

Alij autem palmas in faciem eius dederunt. Iudæi sicut fustibus, aut bacillis caeciderunt, vel forte crepidis, quibus Iudæi plurimum utebantur. Iudæi enim vnde verbum ἰσχυρῶς ductum est, & virgam aut fustem, & crepidam significat, & est vero simile Iudæos contumeliose causa crepidis faciem Christi egidisse. Marcus, & Lucas: scribunt faciem prius Christo velauisse. Ioannes autem prius quendam ex adstantibus alapam illi impigisse, quod Pontificis respondiisse, quid me interrogas? interrogas, qui me audierunt, quid locutus sum, quasi parum reuerenter cum Pontifice loqueretur, sic, inquit, respondes Pontifici? Christum autem respondiisse, si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cadit?

68. Propheeta nobis. Quia vulgo insignis Propheeta habebatur cap. 21. 11. 46. & ipse filium Dei se confessus fuerat ver. 64. per irrisionem obuelatis oculis eum cadentes interrogant, Propheeta nobis, qui est, qui te percussit? sicut, cum cruce pederet, dicebant, si rex israhel es, descendat nunc de cruce, & credimus ei c. 27. 42.

69. Petrus vero sedebat foris in atrio. Quomodo Petrus in atrium Pontificis ingressus fuerit, ca. 18. 16. Ioan. exponit, Petrus, inquit, stabat ad ostium foris, exiit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiaris, & introiit Petrus. Mattheus tantum dicit ingressum fuisse verbi 58. Quomodo autem nunc dicit eum sedisse foris in atrio, difficile non est: Cum in atrio erat, & intus erat, & foris: intus, quia intra ambubium adium, & ultra primam ianuam; foris, quia non erat in interiori domo, sed in atrio, & sub dio, vbi prædiciant milites & Pontificis, sacerdotum, & seniorum famuli erant.

Et accessit ad eum vna ancilla. Ioan. declarat ancillam ostiarum fuisse, quæ ostium illi aperuerat. Lucas vero ait ad ignem tunc sedisse, idemque ait Marcus; erat enim ignis accensus in atrio, vt in prædiciis militibus esse solet, vt omnes circumflare possent, & calefieri. Itaque ex Euangelistarum collatione colligitur, Petrum à Ioanne in atrium Pontificis introductum, & ab ancilla, quæ ostium illi aperuerat, recognitum ad ignem, qui in atrio erat, cum aliis accessisse; ancillam vero primum tacuisse, quia fortasse non satis certa erat, an bene Petrum cognouisset; cum autem sæpe in eum incuita esset, meliusque agnouisset, accessisse ad eum ad ignem sedentem, dixisseque, Et tu cum Iesu Galilæo eras. Vocat Iesum Galilæum ignominie causa, sicut qui iniquo erga eum erant animo solebant appellare, & quia, cum in Galilæa plurimum veraretur, Galilæa fortasse esse credebatur, & quia omnes fere eius discipuli Galilæi erant, vt Ioan. 7. 41. Sic Iulianus Apostata, & Christus, & Christianos omnes Galilæos appellabat, vt lib. 3. hist. Eccl. cap. 12. auertit est Socrates. Ioannes cap. 18. 17. non scribit ancillam dixisse Petro, Et tu cum Iesu Galilæo eras, sed interrogasse eum, Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Lucas vero 22. 56. Quem cum vidisset ancilla quendam sedentem ad lumen & eum visisset intus, dixit, & hic cum illo erat. Itaq; credendum est omnia, hæc ancillam illam dixisse; primum dixisse Petro, quasi dubitando, Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? vt ait Ioan. Deinde affirmat eundem dixisse, Et tu cum Iesu Galilæo eras, vt ait Math. Postremo ad circumstantes conuersam dixisse, & hic cum illo erat, vt ait Lu,

70. At ille negavit eam omnibus dicens, nescio, quid dicit. Quod coram omnibus Euangelista Petrum negasse dicit, autideo fecit, vt circumstantiam declararet, quæ crimen auget, aut vt historice fidem faciat, ne Apostolorum principem falso accusare videatur, quasi omnes, qui aderant, pro testibus adducens. Quod autem dicit Petrus, nescio, quid dicit, securæ negationis emphasim habet, quasi dicat, non solum non sum, quem me esse dicis, sed tantum abs sum, vt sis, vt ne intelligam quidem, quid dicat; sic enim solemus respondere, cum ab eo crimine, quod nobis obicitur, longissime nos abesse significamus, non intelligo quid dicat; nescio quid dicis. Ioannes scribit Petrum respondiisse, non sum, Lucas, non noui illum: Marcus, neque scio, neque noui, quid dicat, & sic dicit, nescio, quid tu dicat. Cre dibile est hæc omnia exaggerandi causa Petrum dixisse. Primum simpliciter, non sum, vt ait Ioannes, cum ancilla quasi dubitando interrogauisset, Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? vt idem Ioannes scribit. Deinde cum ancilla insisteret, & diceret asseranter, quod Mattheus ait, & tu cum Iesu Galilæo eras, Petrus respondiisse, neque noui illum, neque scio quid dicat, vt Marth. Marc. & Lucas scribunt.

71. Egrediente autem illo iannam. Iudæi dicitur dicitur petra. Egredium autem eum in vestibulum, Marcus ait, & exiit foras ante atrium, & gallus cantauit, quod ad sententiam idem est; nam vestibulum ante atrium erat, sicut in amphitheatris esse solet, & notauit Marcus gallum statim cantasse, quia solus dixerat, antequam gallus vocem bus dedit, ter me negaturus es: vnde colligitur circiter mediam fuisse noctem; eo enim tempore galli primum cantare solent. Ioannes vero hæc secundam Petri negationem factam fuisse dicit, cum Petrus ad ignem calefaceret se. Vnde colligitur Petrum, simulatque Petrum primum negauisset, quia fortasse à circumstantibus vexabatur, quasi Christi discipulus esset, aut quia alia causa ab atrio in vestibulum exiisse, deinde, vt rem dissimularet, ne fugat, quod sibi obiciebatur, conuicti videretur, ad ignem rediisse, & vt Lucas post passulum, id est, non longo interiecto temporis spatio, iterum negauisset. Illud autem passulum, quod Lucas ait, necessesse est, vt minimum horas intelligamus, quia idem Lucas inter secundam, & tertiam negationem spaciū dicit quasi horæ vnius; & omnes Euangelistæ dicunt statim post tertiam negationem gallum cantasse, vnde colligitur tertiam negationem factam fuisse circiter horam quartam matutinam, id est paulo ante auroram, quo tempore gallus cantare solet. Erat enim xquinotium, quare à media nocte, quo tempore Petrus primum negauerat, vsque ad ortum solis sex fuerunt horæ, itaque secundum galli cantum vero simile est incidisse in horam quartam matutinam, & cum inter secundam, & tertiam negationem accidisse circiter horam tertiam, ac proinde tres fere horas inter primam, & secundam negationem intercessisse. Ex Ioanne etiam colligitur, quomodo participium ἰδοὺ τὸν, quo Math. vult, interpretari debeam, quod ait Ioannes, & ad ignem rediisset. Cum enim exiret in vestibulum, vidit eum alia ancilla, & recognouit, sicut cum in atrium ingrederetur, ostiaria viderat, atque cognouerat. Ea ergo ancilla, quæ exeuntem viderat, eum iam Petrus ad ignem rediisset, accessit: & dixit is, qui ibi erant, & hic erat cum Iesu Nazareno, vt ait Mathæus. Lucas non dicit ancillam fuisse, sed potius in dicit fuisse virum, & post passulum, inquit, alius videns eum dixit, & tu de illo es. Marcus vero ita loquitur, quasi eandem ancillam, quæ ante Petrum interrogauerat, fuisse in-

Contra est qui afferunt Petrum se pro Christo negasse quom ter.

dicet, *et in iudicio iura dicit et in iudicio iudicabitur* non prope-
 tate, nisi cum vidisset eum ancilla, cepit
 dicere circumstantibus. Ioannes autem scribit multos
 fuisse, qui in hac secunda negatione Petrum interro-
 gauerunt. Dixerunt ergo ei, numquid & tu ex discipu-
 lis eius es? Quas Euangelistarum sententias, cum co-
 ciliare non possent quidam in eum errorem (sic
 enim audacter appello) inducunt, ut Petro in sa-
 pientiam, quam ter Christum negasse dicerent, & non
 nulli quidem septies. Satius erat ignorantiam con-
 fiteri suam, quam & Petro, & quatuor Euangelistis,
 & Christo etiam ipsi facere iniuriam. Nam & Chris-
 tus non quater, non quinque, non septies, sed ter
 tantum Petrum negaturum praxiderat, dicitur
 vti que negaturum sepius, si sepius fuisset negaturus,
 cum, vt eo loco docuimus, maxime voluerit
 Petro inconstantiam, & metum exaggerare, pro-
 pterea edim dixit, vt Marcus scribit c. 14. ver. 30. *pru-*
sqnam gallus vocem dederit, ter me negaturus es: & o-
mnies uerba Petri negationes exposue-
rent, plures nemo, quod mirandum profecto es-
set, si sepius quam ter Petrus negauisset. Rursus om-
nes Euangeliste notauerunt post tertiam nega-
tionem gallum cantasse, & quasi negandi finem fe-
cis- se. Petrum enim galli admonitum voce verba
Domini recordatum, & culpam suam, cum foras
exiisset, lachrymis abluisset; & Petri crimen augere
nostrum non est; hereticis, vt solent, augent, qui &
Petro, & ceteris successores in seculo animo sunt. Ma-
gis miror tam leuibus coniecturis in re tam graui,
& contra Euangelistarum, & contra Christi testi-
monium hos auctores à recepta omnibus seculis,
per totam Ecclesiam sententia discedisse. prima est
quod Ioannes primam negationem in domo An-
nae contigisse, scribere videatur, alii autem Euange-
listae tres præterea negationes in domo Caiphæ fa-
ctas fuisse narrent. lam enim docuimus ver. 57. ne-
gationem illam primam, de qua Ioan. scribit, & cæ-
tera, que eodem loco narrat, non in Annæ, sed in
Caiphæ domo accidisse. Secunda, quod Marcus vi-
deatur scribere Petrum ab eadem rursus ancilla in
terrogatum, iterum negauisse, vt paulo ante indi-
cauimus, quod fita est, cum Matthæus aperte di-
cat aliam ancillam fuisse, diuersæ fuerunt negatio-
nes. Sed Marcus non dicit eandem ancillam fuisse,
*nec vero significat, nam cum dicit *a uidiu*, arti-*
culus ille, non sumitur relative, quasi ad ancillam
ostendam, de qua ante locutus fuerat, referatur, &
*cum dicit, *a uidiu iterum*, non significat ab eadem i-*
terum ancilla interrogatum fuisse Petrum, sed ab
ancilla quadam, scilicet alia iterum interrogatum,
sicut ab altera prius interrogatus fuerat, quem ad-
modum d. seruis uerbis Mathæus scribit. Tertio
ro coniectura nihilo firmior est, quod Lucas vide-
atur dicere non ab ancilla sed à viro quopiam Pe-
*trum interrogatum negauisse, cum enim dicit, *ali-*
us videns eum dixit, & tu de illis es, non significat di-*
stincte fuisse virum, sed fuisse alium hominem, sic
*ut Petrus vocat uer. sequenti, *homo, nescio, quid dicit,**
cum ergo Lucas aut nesciret, aut exprimere nol-
let, virum vir, an femina fuisset, qui Petrum se-
cundo interrogasset, dixit communiter alium que-
*dam interrogasse, nimirum *ab ipso* hominem, qui*
& de viro, & de femina communiter dicitur. V-
trum autem vir, an femina fuerit, ex Matthæo &
Marco colligendum erat, qui nominatim dicunt
ancillam quandam fuisse. Quarta eorum coniectu-
ra est, quam superius attigimus, quod Ioannes sec-
undam Petri negationem exponens à multis inter-
rogatum fuisse dicit, cum & ipse ex discipulis
Christi esset. Itaque cum præter tres illas negatio-
nes, quas Mathæus explicauit, quatuor alias apud
alios Euangelistas sibi reperire uideantur, vnam a-
put Ioannem in domo Annæ, alteram apud eun-
dem Ioannem, cum Petrus à multis interrogare-

atur, tertiam apud Marcum, cum ab eadem inter-
 rogaretur ancilla quartam apud Lucam, cum a vi-
 ro quodam, septem colligunt. Alias tres re-
 feruimus, superest illa, quam ex Ioanne secundo
 loco colligunt, que multo minori negotio refuta-
 ri potest. Primum Ioannes non dicit multos fuisse,
 qui Petrum interrogauerunt, tantum dicit, *dicunt*
ergo, dixerunt ergo vt id est, dictum est ei, Hebrai-
 mus enim est, quo solent Hebraei uerbum imper-
 sonale passiuum, per tertiam personam plura-
 lem exprimere sine supposito, vt amant, id est, ama-
 tur, quod quamuis ab vno tantum fiat, verum est,
 sicut in quibusdam uerbis Latini etiam faciunt, *per-*
hibent, *erunt*, *dicunt*, pro perhibetur, fertur, dicitur.
 Ergo quamuis vna tantum ancilla Petro dixit,
scilicet, numquid & tu ex discipulis eius es? vere potuit Io-
 annes scribere, *dixerunt ergo ei*. Deinde credibile est
 primum ancillam cepisse dicere, *numquid & tu ex*
discipulis eius es? Deinde eos, qui aderant, sermo-
 nes prosequentes, sed non propterea purandum est di-
 uersas fuisse negationes.
 Et hic erat cum Iesu Nazareno.] Marcus ait ancil-
 lam dixisse circumstantibus, *hic ex illis est*. Luca-
 vero, & tu de illis es. Ioan. autem, *numquid & tu ex dis-*
cipulis eius es? Omnia ancillam dixisse credendum
 est. Primum, *numquid & tu ex discipulis eius es?* ut ait
 Ioannes, & cum Petrus negasset, *sternuerunt* addi-
 disse, & tu de illis es, vt ait Lucas, deinde ad eos, qui
 aderant, conuersa dixisse, *& hic de illis est*, vt ait
 Marcus, *nam cum Iesu Nazareno erat, vt ait Matthe-*
us.
 75. Et iterum negauit cum iuramento.] Auger Pe-
 trus crimen. Primum enim non iurauerat, sed ne-
 gauit: nunc & negat, & iurat. Lucas scribit dixisse,
o homo non sum. Ioan. autem non sum, quale cre-
 dibile est prius simpliciter dixisse non sum, vt ait
 Ioannes, deinde cum ait ancilla, aut i, qui ad eam
 instaret, addidisse, quod ait Lucas, *o homo non sum,*
 postremo cum adhuc vrgerent dixisse, *non noui*
hominem, vt ait Mattheus.
 73. Et post pusillum.] Post vnus hora spatium, vt
 Lucas exponit.
 Accesserunt qui stabant.] Sic etiam Marcus dicit,
 Lucas vero, *Alius quidam affirmabat dicens, vere hic*
cum illo erat. Ioan. declarat fuisse cognatum eius,
 cuius Petrus auriculam absciderat, qui affirmaret
 se Petrum in hortu cum Christo uidisse. Creden-
 dum est cognato illo seruo Pontificis incipiente al-
 lios secutos fuisse.
 Nam & loquela tua manifestum te facit.] Marcus,
 & Lucas, Nam & Galilæus est. Quomodo Galilæus,
 cum Hebraeo sermone uteretur, ex lingua co-
 gnosce poterint Hier. his uerbis exponit, quod yn-
 aquaque prouincia, & regio habeat proprietates suas,
 & vernaculum loquendi non utare non possit, sicut
 videmus Ephraim non potuisse aliorum Hebraeo-
 rum more sibi uerba pronuntiare, sed pro sibi
 boleth dixisse sibi boleth, quod multis causis fuit mor-
 tuis Iudicum 12. 6. & sicut in Gallia videmus, cum
 omnes prouincie Gallicæ loquantur, Aquitanos,
 Aternos, Neulrios à Parisiis facillime dignosca-
 74. Tunc cepit detestari.] *Ab ipso* detestari, excrari,
 quod vel ad Christum, vel ad ipsum Petrum refer-
 ri potest, vt ait Christum, aut se ipsum excrari
 fuerit, sed quia neutrum constat, malo rem dubi-
 am in meliorem partem interpretari, credere que
 Petrum seipsum excrari, id est, dicit, vt Latini
 loquuntur, denouisse, quod species excrabilis in-
 iuramenti est, qualis illa, qua male aduocati Galli
 vultur, *Le Diablen emporte, si t'le cognois*.
 Erant, qui non nouisset hominem.] Creuit
 semper cum tentatione culpa. In prima nega-
 tione primum dixerat non sum, deinde non noui
 illum, postremo nescio, quid dicit. In se-
 cunda adhibuit iuramentum. In tertia
 excra-

Petrus se-
cundo
negat,
cum Chri-
stum nega-
uit
Hymn.

Petrus Ge-
nera-
litate
dicit Chri-
stum se-
cundo
negat.

excrationem, eamque uero simile est sape inge-
 minasse; hanc enim vim habere videtur uerbum
 illud *scipio detestari*, quasi saepe, & multis modis excra-
 tari fuerit, sicut Galli dicunt de homine, qui sa-
 pe & multis modis iurat, *Il a cômence à iurer*. Mar-
 cus etiam scribit Petrum excrationem usum fuisse;
 Lucas, & Ioannes simpliciter dicunt eum negasse,
 hanc circumstantiam omittentes.
 Et continuo gallus cantauit.] *Lucas adhuc eo loquē-*
te gallus cantauit, quæ temporis circumstantia tam
diligenter expressa eo pertinet, vt apparet Chri-
sti prædicationem ueram fuisse, antequam gallus cantet,
ter menegabit uer. 34. Omnes Euangelistæ no-
 tauerunt eodem consilio eandem circumstantiam,
 sed Lucas magis expressit.
 75. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu.] Mirum
 cur ante recordatus non fuerat, cum ante ad me-
 diam noctem post primam negationem gallus can-
 tasset; fortasse galli uocem non audierat, aut quia
 semel tantum cantauerat, sperabat se non iterum
 negaturum, aut quod omnium uerissimum est, nõ
 solo galli cantu; sed multo maxime Christi respec-
 tu admonitus est, vt significat Lucas c. 22. 61. *Et*
conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est
Petrus uerbi Domini. Ita Chryl. in hunc locum, &
 Ambros. li. 10. comment. in Lucam. *Denig, quæ*
Iesus respicit, plorat delictum. Negauit primo Petrus,
non fleuit, quia non respexit Dominum. Negauit secun-
do, non fleuit, quia adhuc non respexit Dominum. Ne-
gauit tertio, & respexit Iesum, & ille amarissime fleuit.
Et Leo ser. 3. de passione Domini. Respexit ergo Do-
minus Petrum, & inter cæcumnas sacerdotum, inter sal-
itates testium, inter cædentium, & conspuentium in-
urias constitutus illi uerbaturum discipulum conuenit oculis,
quibus eum præuiderat esse turbandum, & in illo uer-
ba est ueritate inuestigata, ubi erat cordis facien-
da correctio, in quædam illi uox Domini in-
sonaret, ac diceret, Quia habes Petre quid in tuam con-
scientiam redidisti ad me conuertere, in me confide, ne
sequere, nec passus hoc tempus est, nondum uenit ho-
ra supplicii. Quod metuis, quod etiam ipse superabis? Non
te confundat infirmitas, quam recepi: ego de tuo fui tre-
pidus, tu de meo es securus. Tria in his Petri negati-
onibus obferenda sunt. Primum non contigisse
postea omnia, quæ Mathæus narrat, antequam
de illis diceret aggregeretur, cum vna pars eorum,
quæ ante dixit, accidit eorum iam die, vt quo Chri-
stus à Pontifice rogatus fuerit, utrum ipse esset Chri-
stus, vt constat ex Luca 22. 66. cum manifestum
fitres Petri negationes diuersissimis eius noctis
horis accidisse; Mathæus ergo, & Marcus, quia
narrare ceperant, que erga Christum ea nocte fa-
cta fuerant, eam totam historiam prius absoluerit
uoluerunt, quam Petri negationes inciperent re-
citare, ideo que negationes Petri simul uicimo lo-
co posuerunt. Lucas à diuerso, quia de prima Petri
negatione dicere ceperat, omnes simul explicare
uoluit, priusquam narraret, que Christo facta es-
sent; solus Ioannes negationes Petri cum histo-
ria Christi permiscuit. Secundo loco cauendus vul-
gari error est eorum, qui putant fidem Petrum
perdidisse; nec enim fidem perdidit, sed negauit,
quod aliud esse Theologi dicunt, quemadmodum
& Prudentius ait in libro Cathemerin.
 Fleuit negator denique
 Ex ore prolapsum nefas,
 Cum mens ueraret innocens,
 Animusq; seruariet fide. Tertio loco altera huius
 opposita sententia fugienda est, multos licet, & bo-
 nos auctores habeat, Petrum cum Christum nega-
 uit, aut non peccasse, aut certe meritum non fu-
 isse, sed salua ueritate ambigere locutum, vt Hila-
 rius & Ambrosius scribunt. Nec enim, inquit,
 mentiebatur, qui cum hominem se nosse negabat,
 quem Deum cognoscebat. Quos vt opinor aucto-

res his uerbis Hieronymus notat. Sicut, quosdam pio
 affectu ergo Apostolum Petrum locum hunc ita interpre-
 tatus, vt dicerent Petrum non Deum negasse, sed homi-
 nem, & esse sensum nescio hominem, quia scio Deum.
 Hoc quam stultum sit, prudens lector intelligit, sic de-
 fendunt Apostolum, vt Deum mendaciter non faciant:
 Si enim iste non negauit, ergo mentitus Dominus, qui di-
 xerat. Amen dico tibi, quia hac nocte antequam gallus
 cantet, ter me negabis: cerne quid dicat, me negabis,
 non hominem. Quamquam possumus Hilari-
 um, & Ambrosium ab errore benigna
 interpretatione liberare, vt non negent & ne-
 gauisse, & peccasse, & meritum fuisse Petrum, sed
 tantum ita locutum dicant, vt ex uerbis eius ali-
 quis uerus sensus elici possit, quia dixerat non noui
 hominem, quod interpretari possemus, non noui
 tamquam solum hominem, sed tanquam Deum.
 Et egressus foras fleuit amare.] Non potuit, vt ait
 Hieron. & Beda in atrio Pontificis agere penitenti-
 am, foras illi egrediendum fuit. Fecisset constanti-
 us, & fortius, si quo loco peccauerat, eodem peni-
 tentiam egisset, & coram quibus Christum se nos-
 se negauerat, coram eisdem confessus fuisset; vt
 negationis delictum repararet. Sed ita natura co-
 paratum est, ubi pudet agere penitentiam, ubi
 peccare non puduit. Quamquam Petrus non tam
 infirmitate fortasse, quam Christi uerecundia e-
 gressus est foras, quod eius conspectum quem ne-
 gauerat, sustinere non posset. Quæcumq; tandem
 ratione egressus sit, magnum penitentia præbuit
 exemplum, recte de illo lib. 10. epomen. in Lu-
 cam scribit Ambros. Etiam lapsus sanctiorum uirilis
 est. Nihil mihi nocuit, quod negauit Petrus, profuit quod
 emendauit. Didici curare colloquia perferendum. Petrus
 inter Iudeos negauit. Salomon contubernio gentili dese-
 ptus errauit. Fleuit igitur amare Petrus, vt lachrymis
 culpam ablueret, & vt Clemens Romanus scripsit, tam
 alte in eius animo eius delicti dolor sedit, ut toto
 vitæ lux tempore quoties gallum cantantem audi-
 ret, pro ceteris in genualacryma fundente, & pec-
 cati sui peteret veniam. Tenere non possum me,
 qui insignem nouorum hæreticorum impudentiam
 traducam, qui vt probent nullam in nobis esse
 pro peccatis satisfactionem, Ambrosij in 22. ca-
 lucæ uerba proferunt, *Lachrymas eius lego, satisfac-*
tionem non lego, quod testimonium, ne Caluinum
quidem, qui omnium doctissimus uideri uoluit,
citare puduit. Recitabo totum Ambrosij locum,
ut istorum impudentiam, & malignitatem lector
percipiat. Petrus, inquit, doluit, & fleuit, quia erra-
uit, ut homo. Non inuenio, quid dixerit, inuenio, quod satisfac-
tionem lego, lachrymas eius lego, satisfactionem non lego, sed
quod defendi non potest, ablut potest. Lasant lachryma
delictum, quod uoce pudor est confiteri, & uenit letum
consulunt, & uerecunde lachryme sine horrore culpam
loquuntur, lachryma crimen sine ostensione uerecundie
confitentur, lachryma ueniam non postulant, sed me-
rentur. Inueni, cur tacuit Petrus, ne tam cito uenia
petito plus offenderet, ante standam est, quam petendum.
Bona lachryma, que lasant culpam. Quibus uerbis
clarus potuit Ambrosius dicere, Petrum pro
peccato satisfecisse, quam, lasant lachryma delictum
quam, lachryma ueniam non postulant, sed merentur
quam bona lachryma, que lasant culpam? Ergo cum
dicit lachrymas eius lego, satisfactionem non lego? Satis-
factionem exultationem, & purgationem appel-
lat, & vt uolgo loquuntur, sui ipsius iustificatio-
nem. Significat igitur Petrum non excusasse cul-
pam, sed fleuisse. Hoc est, quod ait, Non inuenio,
quid dixerit, inuenio quod steterit. Sed isti boni Theo-
logi, qui aut nihil, aut solum Grammaticam
sciunt, ne Grammaticam quidem a-
put Diuum Ambrosium
intellexerunt.

Et cum fleuit
Abrosius
tertia uerba
negationem.

Petrus ponit
crimen ab
Christo ne-
gationem.

Explicatur
Ioseph An-
drosius uerba
ab hæreticis
corrupta et
lactam contra-
nam.